

ventas dominium procedere teneatur secundum formam statuti, et si non possent conduri, eos acusare debeant. R.ca.

Cap. XXXVI. De banno animalium dancium dampnum in possessionibus alienis. R.ca.

Firmamus hoc presenti statuto quod, si equus asinus nullus 5
 vel mulla bos porcus utriusque sexus inventus fuerit in
 alienis possessionibus dare dampnum, incontinenti dominus
 animalium solvat comuni sold. viginti par. et refitiat dampnum
 datum in dictis possessionibus domino possessionis; et dominus
 possessionis, in qua dampnum daretur per aliquod dictorum 10
 animalium, acusare possit, et etiam quelibet alia persona cum
 sacramento, et si accussarent aliqua animalia supradictorum
 dare dampnum in aliqua possessione, ei credatur cum sacra-
 mento et habeat medietatem condempnationum factarum oc-
 casione dictarum acussarum. ¶ Et si inveniretur aliquod dic- 15
 torum animalium per saltarios vel custodes et eum acusa-
 verint, eorum acusa teneat, etiam si idem animal non presen-
 taverint ad pignam in civitate Tergesti. ¶ Et si dominus ali-
 cuius possessionis invenerit aliquod animal de suprascriptis
 141 A vel infrascriptis in masculino vel feminino genere // in aliqua 20
 sua possessione, et dictum (suum) animal in dicta possessione
 interfecerit, ad nullam penam teneatur interficiens, set animal
 remaneat domino animalis; et si essent bestie minute que in-
 venirentur dampnum dare, solvat dominus dictarum bestiarum
 comuni unum frx. pro qualibet ipsarum et octo frx. pro pastore, 25
 et refitiat dampnum domino leso. ¶ Et quod de supradictis
 nulla fiat proclamatio excusarum et nulla excusa fieri possit,
 sed constringantur domini animalium ad solvendum predictam
 condempnationem antequam recedant de palacio comunis.